

Saint Nicolas, évêque et confesseur

Vendredi 6 décembre 2024

○ 3ème classe

INTROÏT *Ecclésiastique 45, 30*

Státuit ei Dóminus testaméntum pacis, et princípem fecit eum : ut sit illi sacerdotii dignitas in ætérnum. **Ps. 131** Meménto, Dómine, David : et omnis mansuetúdinis eius. **V.** Glória Patri.

Dieu a fait avec lui une alliance de paix et l'a établi prince, afin qu'il possède à jamais la dignité du sacerdoce. **Ps. 131** Souvenez-vous, Seigneur, de David et de toute sa douceur. **V.** Gloire...

COLLECTE

Deus, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decorásti miraculis : tríbue, quæsumus ; ut eius méritis et précibus a gehénnæ incendiis liberémur. Per Dóminum.

Ô Dieu, qui avez donné au bienheureux évêque Nicolas la gloire de miracles sans nombres, nous vous en prions : accordez-nous, par ses mérites et ses prières, d'être délivrés des flammes de l'enfer. Par...

Mémoire de la Férie.

Excita, quæsumus, Dómine, poténtiam tuam, et veni : ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári : Qui vivis.

Réveillez, Seigneur, votre puissance et venez ; afin que nous méritions d'être arrachés, par votre protection, aux périls imminents où nous mettent nos péchés, et d'en être sauvés par votre action libératrice. Vous qui...

ÉPÎTRE *de saint Paul aux Hébreux 13, 7-17*

Fratres : Mementóte præpositórumvestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei : quorum intuéntes éxitum conversatiónis, imitámini fidem. Jesus Christus heri et hódie : ipse et in sácula. Doctrínis váriis et peregrínis nolíte abdúci. Optimum est enim grátia stabilíre cor, non escis, quæ non profuérunt ambulántibus in eis.

Habémus altáre, de quo édere non habent potestátem, qui tabernáculo desérviunt. Quorum enim animálium infértur sanguis pro peccáto in Sancta per pontíficem, horum córpora cremántur extra castra. Propter quod et Jesus, ut sanctífica rei per suum sánguinem pópulum, extra portam passus est. Exeámus ígitur ad eum extra castra, impropérium eius portátes. Non enim habémus hic manéntem civitátem, sed futúram inquírimus. Per ipsum ergo offerámus hóstiam laudis semper Deo, idest fructum labiórum confiténtium nómini eius. Beneficéntiæ autem et communiónis nolíte oblivísci : tálibus enim hóstiis promerétur Deus. Oboedíte præpositis vestris et subiacéte eis. Ipsi enim pervígilant, quasi ratiónem pro animábus vestris redditúri.

GRADUEL *Psaume 88, 21-23*

Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum : manus enim mea auxiliábitur ei, et bráchium meum confortábit eum. **V̄.** Nihil proficiet inimícus in eo, et fílius iniquitátis non nocébit ei.

ALLÉLUIA *Psaume 91, 13*

Mes frères, souvenez-vous de vos chefs, qui vous ont annoncé la parole de Dieu ; et considérant quelle a été l'issue de leur vie, imitez leur foi. Jésus-Christ est le même hier et aujourd'hui, il le sera éternellement. Ne vous laissez pas entraîner par des doctrines diverses et étrangères, car il vaut mieux affermir son cœur par la grâce, que par des aliments qui n'ont servi de rien à ceux qui s'y attachent.

Nous avons un autel dont ceux-là n'ont pas le droit de manger qui restent au service du tabernacle. Car pour les animaux dont le sang, expiation du péché, est porté dans le sanctuaire par le grand prêtre, leurs corps sont brûlés hors du champ. C'est pour cela que Jésus aussi, devant sanctifier le peuple par son sang, a souffert hors de la porte. Allons donc à lui hors du camp, en portant son opprobre. Car nous n'avons pas ici-bas de cité permanente, mais nous cherchons celle qui est à venir. Par lui donc, offrons sans cesse à Dieu un sacrifice de louange, c'est-à-dire le fruit de lèvres qui célèbrent son nom. Et n'oubliez pas la bienfaisance et la libéralité : car Dieu se plaît à de tels sacrifices. Obéissez à ceux qui vous conduisent et ayez pour eux de la déférence, car ils veillent sur vos âmes comme devant en rendre compte.

J'ai trouvé David, mon serviteur ; j'ai répandu sur lui mon huile sainte. Ma main sera son appui, et mon bras sa force. **V̄.** L'ennemi n'aura jamais l'avantage sur lui, et le fils de l'iniquité ne pourra lui nuire.

Allelúia, allelúia. *Ÿ*. Iustus ut palma florébit : sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Allelúia.

Allelúia, allélúia. *Ÿ*. Le juste fleurira comme le palmier, il s'élèvera comme le cèdre du Liban. Allélúia.

+ ÉVANGILE *selon saint Matthieu 25, 14-23*

In illo tēpore : Dixit Iesus discíplis suis parábolam hanc : Homo péregre proficiscens vocávit servos suos, et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talénta, álii a tem duo, álii vero unum, unicuíque secúndum própriam virtútem, et profectus est statim. Abiit autem, qui quinque talénta accéperat, et operátus est in eis, et lucrátus est ália quinque. Simíliter et, qui duo accéperat, lucrátus est ália duo. Qui autem unum accéperat, ábiens fodit in terram, et abscóndit pecúniam dómini sui.

Post multum vero tēporis venit dóminus servórum illórum, et pósuit ratiónem cum eis. Et accédens qui quinque talénta accéperat, óbtulit ália quinque talénta, dicens : Dómine, quinque talénta tradidísti mihi, ecce, ália quinque superlucrátus sum. Ait illi dóminus eius : Euge, serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constítuam : intra in gáudium dómini tui. Accéssit autem et qui duo talénta accéperat, et ait : Dómine, duo talénta tradidísti mihi, ecce, ália duo lucrátus sum. Ait illi dóminus eius : Euge, serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constítuam : intra in gáudium dómini tui.

En ce temps-là, Jésus dit à ses disciples cette parabole : « Partant pour un voyage, un homme appela ses serviteurs et leur remit ses biens. Il donna à l'un cinq talents, à l'autre deux et au troisième un, à chacun selon sa capacité, et il partit aussitôt. Celui qui avait reçu cinq talents s'en alla, les fit valoir et en gagna cinq autres. De même, celui qui en avait reçu deux en gagna deux autres. Celui qui n'en avait reçu qu'un s'en alla creuser la terre et y cacha l'argent de son maître.

« Longtemps après, le maître de ces serviteurs revint et leur fit rendre compte. Celui qui avait reçu cinq talents s'approcha, en apporta cinq autres, disant : "Seigneur, tu m'avais remis cinq talents, en voici cinq autres que j'ai gagnés." Son maître lui dit : "C'est bien, bon et fidèle serviteur : parce que tu as été fidèle en peu de choses, je t'établirai sur beaucoup ; entre dans la joie de ton maître." Celui qui avait reçu deux talents s'approcha également et dit : "Seigneur, tu m'avais remis deux talents, en voici deux autres que j'ai gagnés." Son maître lui dit : "C'est bien, bon et fidèle serviteur : parce que tu as été fidèle en peu de choses, je t'établirai sur beaucoup ; entre dans la joie de ton maître." »

OFFERTOIRE *Psaume 88, 25*

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu eius.

Ma vérité et ma miséricorde seront avec lui, et par mon nom grandira sa puissance.

SECRÈTE

Sanctifica, quæsumus, Dómine Deus, hæc múnera, quæ in sollemnitate sancti Antístitis tui Nicolái offérimus : ut per ea vita nostra inter advérsa et própsera úbique dirigátur. Per Dóminum.

Mémoire de la Férie.

Hæc sacra nos, Dómine, poténti virtúte mundátos ad suum fáciant purióres veníre princípium. Per Dóminum.

COMMUNION *Psaume 88, 36-38*

Semel iurávi in sancto meo : Semen eius in ætérnum manébit : et sedes eius sicut sol in conspéctu meo, et sicut luna perfécta in ætérnum, et testis in cælo fidélis.

POSTCOMMUNION

Sacrificia, quæ súmpsimus, Dómine, pro sollemnitate sancti Pontíficis tui Nicolái, sempitérna nos protectióne consérvent. Per Dóminum.

Mémoire de la Férie.

Suscipiámus, Dómine, misericórdiam tuam in médio templi tui : ut reparatiónis nostræ ventúra sollémnia cóngruis honóribus præcedámus. Per Dóminum.

Sanctifiez, nous vous en prions, Seigneur Dieu, ces dons que nous vous offrons en la solennité de votre saint évêque Nicolas ; afin que par eux notre vie soit partout dirigée, dans l'adversité comme dans la prospérité. Par...

Que ces dons sacrés, Seigneur, après nous avoir purifiés par leur vertu puissante, nous fassent parvenir plus purs à leur principe. Par...

Je l'ai juré une fois pour toutes par ma sainteté : sa postérité subsistera éternellement et son trône sera devant moi comme le soleil, comme la pleine lune il durera toujours ; et le témoin qui est au ciel est fidèle.

Que ces sacrifices, Seigneur, auxquels nous avons participé en la solennité de votre saint évêque Nicolas, nous conservent par une continuelle protection. Par...

Puissions-nous recevoir, Seigneur, au milieu de votre temple, le don de votre miséricorde ; afin que nous préluions par de dignes hommages aux solennités prochaines de notre rédemption. Par...